Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Dactyliothecae Vniversalis Signorvm Exemplis Nitidis Redditae Chilias Sive Scrinivm Milliarivm ...

Lippert, Philipp Daniel

Lipsiae, 1755

VI. Res Militaris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-541

Visual Library

VI. RES MILITARIS.

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
450	NAVIS longae roſtratae cum ſignis militaribus ſpecies.	Iaſp. alb.	C. Moszynski	
451	COLONIARVM, ROM. II, *vt interpretando accipiunt*, deductarum ex vna legione vndecima, in Africam, in Aegyptum, et in Hiſpaniam, ſignificatio ingenioſa, ſignis multis, in gemma maiore. Medium quidem areae obtinet lupa cum Romulo et Remo: a dextris primum Africae Imago elephanti pelle comtae ſpectatur: ſub ea Neptuni fere caput. Poſt eos in ora gemmae dextra Scorpius, mox ante ora Africae et Neptuni vitis felici palmite laeta altius tollitur, vitiferae prouinciae ſigno: et in medio Aquila legionis vexillo preſſa vtrinque ſignis cohortium duobus cingitur: mox faſces duo cum ſecuribus poſiti. a ſiniſtris adſpicit Africam Cybeles fere Imago Aſiae ſigno. Infra eam cuniculus cum tropaeo. haec inter ſigna militaria ſparſae ſunt ſiglae ac notae, L. X. I. C. P. F. in ima gemma iſtae, Q. F. Ǝ̄. T. Q. *E quibus paret, intellegi*	Sarda	Imp. Ro. Aug.	Muſ. Flor. T. 2, t. 19, 1.

de

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
	de eis Legionem vndecimam non poſſe. Inferius poſitas ſiglas cum monogrammate ſic facile, ſi audentior videri velis, legas: Quintus Fabius Et Titus Quinctius. *Nobis videtur Imperii Romani maieſtas, ac terra marique legibus et armis per omne genus humanum propagata auctoritas, indicari his tot ſignis diuerſis.*			
452	EQVES trabeatus, qui peditem armatum proſternit.	Sarda		
453	MILES Graeco ritu armatus cum clypeo, Victoriae ſignum cum palma et corolla in dextra poſitum geſtat, *ſiue Mars victor eſt. infra mortalis paruus ac nudus opem eius implorat.*	Sarda	Dux Odeſcalc.	Muſeum T. I, t. 22.
454	Alius lorica et clypeo ad pedes poſitis, in gemma parua.	Onyx	Dn. Baſeman.	
455	Alius nudus caſſidem Graecanicam dextra geſtat, ſiniſtra clypeum et haſtam.			
456	Imperator paludatus ſtans ad aram, cuius in ignem accenſum thura ſpargit, *opus d.*	Hyacinth.	Rex Gall.	Mariette T. I, n. 42.
457	SALII ancilia portantes. ſ. tropaeum ſtatuentes.	Sarda		Gorius in Gemmis aſtrif.
458	OVATIO, ſiue reditum dicas Victoris in equis, praecedentibus captiuis, in gemma maiore, ſignis hominum ſex.	Sarda	Rex Gall.	Mariette T. I, t. 109.

459 EQVES

Numerorum ratio.	Argumenta ſignorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Poſſeſſores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
459	EQVES fugiens cum haſtis duabus, ſiue ille rediturus in caſtra victoriam praenunciat.	Iaſp. rub.		
460	Alius qui hoſtem petit haſta infeſta.	Sarda		
461	ACHILLES citharoedus, in gemma parua.	Onyx	C. Moszynski	
462	Captiuus e Troianis fere in clypeo ſedens, manibus poſt tergum reuinctis, in gemma parua valde conuexa.	Sarda		
463	MILES optime armatus ritu Graecanico, clypeo caelato: in genua ille ex vulnere procumbens.	Sarda		
464	Alius nudus conſurgens ad pugnam. *quali apud Romanos ſtatu triarii in ſubſidiis fuerant.*	Sarda	C. Moszynski	
465	PATROCLI corpus nudum adoleſcentis, a Menelao, vt equidem puto, ſublatum. *Vulgo* pietas militaris *hoc argumentum dicitur. Penes me perſpicua ſignificatione in amethyſto vetuſtiſſima eſt. deligebatur autem hoc gemmae genus etiam luctus in re dura ſignum.*	Sarda		
466	ANCILIA portantes: ſiue tropaeum ſtatuunt. infra victus hoſtis procumbit, manibus poſt tergum reuinctis.			
467	VICTOR quidam externus in quadrigis. *opus non bonum.*	Lap. Arm.	à Rachel	
468	Alius in bigis Elephantorum.	Achates		